



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlae Societatis Iesv**

**Angeli, Bernardo d'**

**Romae, 1616**

Regulæ Infirmary.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](#)



## REGVLAE INFIRMARII.



Curet infir- I  
mos .  
P.3.c.2.lit.G



Vram habeat infirmorum,  
quorum ægritudo simulatq;  
ei indicata fuerit, si censem  
rem esse alicuius momen  
ti, Præfectum, & Superio  
rem admoneat.

P.3.c.2.lit.G    2 Cum quis in morbum incidit, à Supe  
Quando plu- riore intelligat, num statim Medicus vocan  
res medici vo dus sit; qui vnum ordinarie esse debet, nisi in  
candi .  
grauescente morbo, aut in quibusdam alijs  
casibus, alio Medico opus esse Superior iudi  
cauerit: & quoties Medicus ægrotos inuiset,  
adfit ipse.

De victu, &c.    3 Studeat, vt quæ ægrotanti danda sunt,  
ægrotorum. & opportune emantur, & bona sint, & bene  
præparata ministrentur.

De cubiculis,  
& lectis .    4 Curet, vt ægrotorum cubicula sint val  
de munda; lecti concinne sternantur, & ra  
muscu-

musculis, & huiusmodi alijs decumbentes  
oblectet.

5 Aegrotum consolari, & exhilarare stu- Aegrotos con-  
deat, non solum rebus à medico probatis, sed soleatur.  
verbis etiam spiritualibus, & latis: habeat  
etiam libros, quorum lectione ægroti recrea-  
ri, & iuuari in spiritu possint.

6 Intelligat à Superiore, quos ex nostris Quos voca-  
ad ægrotos inuisendos, ac recreandos accer- bit ad eos in-  
fere debeat: caueat autem, ne dum infirmis  
placere studet, aliquid fiat, quod eis nocere  
vlla ratione possit.

7 Medicinalia, & cuncta, quæ ægrotan- Medicinalia  
tium usui necessaria sunt, habere ipse debet, penes se ha-  
nisi Pharmacopola Domi sit, & in loco con- bebit.  
uenienti ea custodire, & sapientius reuisere, ut  
incorrupta conseruentur; & quando opus fue-  
rit, ut de nouo suo tempore confiantur, cu-  
rare iuxta ordinem Superioris.

8 Nihil omnino eorum, quæ a Medico P.3.c.2.lit.G  
præscribentur, prætermittat, aut mutet: or- A Medico  
dinem etiam obseruet temporum præfixoru, præscripta ri-  
quibus prandium, cœnam, syrupum, ceteraque  
medicamenta det, omnia scripto excipiens,  
quæ Medicus præscriperit.

9 Aduertat, quo die quis cœperit ægrot- Dies ægrotar-  
tare, & qua hora febres ægrotum & corri- tionis, & hora  
piant, & deserant; tum vt Medicum, & Supe- febris,  
riorem admoneat, tum vt cibum tempestiue  
præbeat.

R 3 10 Si

Si sit conta-  
gio.

Quando è le-  
go surgendū.

Patientia , &  
caritas erga  
ægrotos .

P.6.c.4. §.1.  
De Sacramē-  
tis suscipien-

P.6.c.4 §.2.  
Quid morbo  
ingrauescente

10 Si morbus sit contagiosus suppeller  
separari debet , ne cuiquam noceat .

11 Conualescentes è lecto surgere non  
permittat , priusquam id medicus concesserit ,  
& operam det , vt ea conualescientibus præ-  
beantur , quæ medicus præscriperit , quoad  
Superiori satis visum fuerit .

12 Patienter , & cum caritate cum ipse ,  
tum socij eius ferant molestias , & difficulta-  
tes , quæ interdum in curandis infirmis acci-  
dere solent . Quemadmodum autem diligen-  
ter curare debet , ne debita ministeria ægroti-  
s desint ; ita etiam animaduertere , ne nimis  
vigiliæ , immoderatique labores , aut morbi  
contagio vel propriæ ipsius , vel sociorum sa-  
luti noceant .


13 Cum grauitas morbi id postulauerit ,  
Superiorem certiorem reddat , vt ægrotus ,  
antequam iudicij vſu priuetur , omnia Sacra-  
menta accipiat : quod si ægrotus , diu , licet  
sine periculo , decumbat , curet ut octauo quo-  
que die pro more Societatis communicet ; ne  
huiusmodi spirituali fructu , & consolatione  
priuetur , nisi aliqua ratio iudicio Superioris  
impeditat .

14 Ingrauescente morbo Superiorem  
admoneat ; vt orationibus omnium domesti-  
corum valde peculiaribus infirmum iuuari  
faciat , atque eo magis , quo morti propin-  
quiorem videret : & vt morienti quo plures  
pote-

poterunt, ex nostris adsint, qui eum animo-  
siorem reddant, ijsque auxilijs iuuent, quæ  
eo tempore conuenient, ac cum primum vi-  
ta functus fuerit, Ædituum admoneat.

15 Prouideat, vt eorum corpora, qui ad P.6. c.4. §.3.  
meliorem vitam migrarint, ad sepulturam lit. B.  
consueto regionis more præparentur, & vt Defuncto-  
spatio diei naturalis decenter teneantur; nisi rum corpora  
ratione mali odoris anteuerti posse hoc tem- vt præparent.  
pus Superiori videretur.

16 Præfecto sanitatis obediat in omni- Præfecto sa-  
bus, quæ ad hoc officium pertinent, qui si nitatis obe-  
nullus fuerit constitutus, Præfecti munere ip- diat.  
se fungatur.



R 4 RE-